ad munera personalia: dic quod sic. l. libertus. §. prefcript. ff. ad mu.
22 C. de incolis. l. ciues. ff. Si quo ad patrimonialia: planus qd sic: ibi
habet possessiones. ff. de cens. l. forma. §. si vero. Si quo ad honores
dic quod sic vt. l. pe. de fena. Si quo ad facultatem couenendi spec.
tenuit quod sic: fed non bene firmat in loco pallega. alleg. C. de mu.
z. ori. l. cotinue. li. x. z. dicit Azo. ibi hoc tenuisse licet i summa teneat
contra. Barto. post Jaco. de are. dicit quod fortiaur ibi domicilium
quo ad facultatem conueniendi si ibi inueniatur: z. aliter no alleg. l.
heres absens. i. responso. ff. de iudi. ff. de inter. z. reig. l. relocatoru. z.
§. dubitandum. z. ex hoc patet qd domicilium ratione originis est i
mutabilis: z. est verum secundum Joan. and. in addi. specu. in loco pre
alleg. nisi ciuitas fit paffa aratrum. ad hoc. ff. de vlsu. l. si vlsu. hoc
fallit secundum Ly. in muliere q traditur nuptu viro alterius ciuita
tis: quia in tantum transiit in domicilium viri: quia efficitur vna ca
ro cum eo quod perdit domicilium originis z. ponit in. d. l. ij. ad hoc
l. cum quedam puella. ff. de iur. om. indi. ff. ad mu. l. vlti. §. item refri
pserunt. C. de dignitate. l. item mulierez. li. xij. de hac materia i sum.
23 de fo. compe. §. ratione originis. ¶ Annuid autem quis fortiaur fo
rum originis patris. Jo. an. tangit in. c. cum nullus. de temp. or. li.
vi. Concludit quod etiam in loco originis patris habebit domici
lium per. l. assumptio. §. i. ff. ad mu. z. l. libertus. §. patris. C. de mu. z.
ori. l. i. z. l. filios. cum duabus. l. se. l. i. lib. x. z. sic habebit duo domi
cilia originis quo ad actum ordinandi id quod tenet ibi Joa. andr.
Ly. in. d. l. ij. recitat hoc tenuisse Ja. de are. ad hoc q nepos sequit
originem manumissionis aui: vt. d. l. assumptio. §. fin. ad hoc alleg.
l. libertus. §. in adoptina fami. co. tit. i. illud tenet etiam ibi Bar.
contra tenuit glo. in. l. vlti. z. l. filios. C. de munici. z. ori. li. x. fed dicit
Ly. z. Jaco. de are. illud posse procedere quando filius est natus mori
tuo: quo quia tunc non sequitur originem vel dignitatem aui. alleg.
ff. de fena. l. emancipatum: cum hoc potest saluari glo. banc opi. re
citat Joan. and. de sepul. is qui. lib. vi. ¶ Oppo. quod non sufficiat
quod sit oriundus de terra vtrius: quia si hec est suspitio legitima ta
omnes de vna ciuitate possent z. sic maxima multitudine recusari qd
est absurdum. Glo. fatetur quod hec no est sufficiens: fed coadiuna
tina: quia multa inuuant que singula zc. Et hoc dicit verum intelli
gendo de terra vtrius. i. de terra originis vtrius: hic est primus in
tellectus quem saluat Host. in duobus concubus egredientibus in
diuerso loco vel longinquo qui consueuerunt se vt fratres diligere.
de quo remittit de appel. legatum. lib. vi. Idem puto si ipsi no sint
in longinquis partibus: fed sunt compatriote: z. cognoscunt de cau
sa forensis loquiqui: quia verisimilibus sonet causam concius euz
quo habet conuincere q extranei funditus vt hic. hoc tamen relin
quo arbitrio iudicantis. hoc tenet specu. in titulo. de lega. §. super
est vericu. item si sit de terra. secundo modo intelligitur quod erat
oriundus de terra vtrius respectu iurisdictionis: tunc glo. dicit qd
24 hic esset legitima causa recusandi. ¶ Nota bene quod genitius
aliquando notat possessiones iuris domicilij quandoqz ratione iu
risdictionis vide glo. de postula. prelati. c. primo. in gloss. que regi
25 vide gloss. de preben. po illorum. ¶ Oppo. quod non repellatur
ex hoc quia diligat quis alium: nam si hoc esset nullus posset esse iu
dex cum quis alterum diligere teneatur ex precepto diuino. de peni
tens. distinctio. i. omnis dicit quod quedam est dilectio vel amicitia
immoderata que est propter delectabile z. in bonum z. hoc bene
repellit. Ideo litera ponderat hoc in vnum fauens ad hoc quia im
moderata amicitia repellit. l. late. §. amicos. ff. de verborum obliga
26 tione. §. sic non omnis inimicitia repellit testem: nisi maxima. de sy
monia. licet beli. cum si. et propter leues inimicitias non extingui
tur legatum. ff. de adi. lega. l. ij. in fine. Unde dato quod alleg. mo
dica causa repellit iudicem: et facilius quia testem tamen leuis amici
tia non repellit iudicem. Ideo dicunt docto. quod no sufficit quod
dicatur fauens nisi subiungatur nimis. immo secundum Hostien.
non sufficit quod dicatur nimis fauens nisi causa exprimatut fauo
ris: alias quis posset sine causa recusari quod credo nisi exprimatut
causa per quam esse debet nimis fauens: vel nisi exprimatut causa p
quam sit actu nimis fauens: vt quia offendat eu in aliquo granasse
de appel. ad hoc. c. propofuitimo dicit specu. qd eo qd iudex cum al
tera parte inuicem sibi fibulant in auribus ex hoc alteri parti crea
tur legitima causa recusandi: vt not. in specu. de positio. §. septimo

Antonius de Butrio super prima parte. ij. Decretalium.

verfi. sed quid si pones. alleg. de here. cum ex iniuncto prope princ. xi. q. iij. nolite. alleg. Jo. and. de iura. cal. l. ij. §. quod observari in gl. Et hoc ad fi. Naz aut sibilum clara voce exprimat aut est suspectus
 27 quod no. §. Item si concludat alteram partem nimium diligere in specu. de lega. §. i. ver. Item si sit inimicus. habes ergo hic duas practicas cognoscendi quem suspectum vel legitimam causam suspitionis quando concludit alterum alteri minus sanere. Vel quando concludit cum nimis diligere. unde ad primum. §. de iudic. causam. de multis causis vide de ap. legitima. ubi habes altam regulam altam habes de appel. postremo altam de appel. cum speciali et ibi illas regulas accumulo. **Gloss.** querit an omnes cause hic accumulate sufficiant. glo. dicit quod sic excepta illa quod sit de terra oriundus: §. in hoc dic vt dixi. §. **Oppo.** quod in causa matrimoniali lite non conte. possit ad diffinitivam procedi. §. eo. quoniam. §. porro. Solu. potest vt ibi quando fuit contumax quia legitime appellavit: et qz locus non erat tutus. **Oppo.** quod papa non debuerit se intro mittere de restitutione terre: quia hec est res temporalis de qua inter laicos se non intromittit. de iudi. non it. qui si. sint legi. causam: dic quod ista terra veniebat vt dos consecutiva ad matrimonium et spoliatus fuerat simul vxore et dote vt accessoria. Unde ratione accessoriae cognoscit. quia spoliatus est plenarie restituendus. ad hoc de dote post diuor. restitu. c. prudentia.

- 1 **Leges adaptari solent ad dubitabilia et frequenter contingit.**
- 2 **Litis contestatio insecuta non potest validare acta antea facta reputata nulla defectu contestationis.**
- 3 **Pape aut principis solius est dubia inter legistas non declarata de clarare.**
- 4 **Ad sententiam vel testium receptionem quando possit iudex lite contestata procedere.**

Coniam. Primo ponit regulam de testibus non recipiendis super principali lite non contesta. et vi. casus excipit a regula. Secundo ibi in alijs ponit quod debet pcedi in absentem contumaciter lit. non conte. Prima subdividitur: qz prima ponit regulam. Secunda casus excipit. ibi nisi forte. Que secunda subdividitur in tres. Prima ponit duos casus excipit. Secunda alios duos. Tertia alios duos. Secunda ibi porro. Tertia ibi sunt et alij. Item secunda in §. porro subdividit. et alie. vt. §. dicam. Legem per partes. Prima regula non summat. **Nota.** ad frequenter contingit dubitabilia legem adaptanda. ad hoc. l. legati. de libe. lega. l. in is. et l. nam ad ea. ff. de legi. vide cōcor. in gl. pe. de despo. impu. literas. **Nota.** regulam quod lit. non contesta. non proceditur ad diffinitivam sententiam nec ad testium receptionem vel alium actum qui habeat fieri post lit. conte. et sic lit. conte. est substantia et ordo substantificus est quod ipsa talia precedat subsequens ergo cōte. ante gesta non validaret. practica ergo est quod omnia acta pducantur et reiterentur. **Nota** ad papam spectare dubia inter legistas non declarata declarare ad hoc qui fil. sint legi. pervenerabilem. et dixi. §. de fo. compe. licet. **Oppo.** quod pcedatur ad sententiam et receptionem testium lit. non conte. C. quod et quando. in au. at qui semel. So. an procedatur ad sententiam lite non conte. ppter multitudinem casuum qui reperiuntur. Aliqui fuerunt in opi. quod ad sententiam diffinitivam posset procedi lite non conte. vt. **Bar.** Jo. fuit in opi. contraria vt fuit no. §. c. j. et bec opi. ap. probatur hic. Sic ergo regula quod ad diffinitivam vel receptionem testium regulariter non proceditur lit. non conte. **Ponit gloss.** hic multos casus lege ea per te quia clara est. In quantum excipit cam matrimonij et electionis hoc hodie intelligit vt in cle. dispendiosas. de iudi. In quantum excipitur casus de absentia actoris. But. assignabat causam: quia ad diffinitivam proceditur eo quia non est psumsum de remedio missionis: quia reus nihil petit ab actore: sed tunc se absoluit a iudice vt dicit But. in d. au. et in au. at qui semel. C. quomodo et quando in. Sed dic de hoc vt dixi. §. e. tue: et alias rationes videbis in. c. cum causam. §. de dolo. In quantum excipit repetentes vsura ponderat ergo glo. quia excluditur iuramento. Unde qz tunc iudex supplet ex officio non exigitur lit. conte. qz causa non agitur cum parte. Idem dicunt quidam vbi cumqz aliquis iurat aliquid tale illicitum puta non repetere rem raptam ab ecclesia cum enim sit eadem ratio. ergo et. de constit. translat. ff. ad l. acquil. illud. In quantum excipit casum. c. interposita. illud procedit quando appellatur ab interlocutoria in cuius cognitione sicut nec pbatone non exigitur lit. conte. et idem est quando appellatur a diffinitiva. C. de tempo. appella. l. fina. quod dic vt dicam plene. §. de appel. per tuas. Reducendo istos casus ad aliquas regulas. Prima sit bec quod vbi non dirigitur ius agendi contra certam personam sed solum iudici concluditur licet in hoc tangatur utilitas et preiudicium tertij lis non est contestata: quia certa persona non est cum qua agatur et cu qua lis contestetur in hac concluditur casus anten. qui semel. et casus de dolo causam. et de iureiuran. ad nostram. et j. eod. §. sunt et alij. et auten. si omnes. C. si vt se ab here. absti. Item casus. l. iij. fini. regundo. et l.

penulti. §. cum autem. ff. ad trebel. et casus. c. xxiij. q. ij. sane. Innoc. dicit per illum casum idem in quacuncqz spirituali in qua agitur sine alicuius incommodo idem no. de libel. obla. c. i. Secunda regula quod in sententia interlocutoria: qz diffinitivas sequitur sententia censuræ pro earum examinatione et prolatione non exigitur lit. conte. et procedi potest ad sententiam lite non cōte. et idem est in emergentibus vt dicit sequens glo. quod dic vt. de offi. delega. prudentiam. §. sexta. In hoc concluditur quod dicit tex. de offi. iudi. c. ij. In hoc concluditur casus. c. sane. alleg. in glo. et de offi. ordi. qz ius. lib. vi. quem addunt docto. ad glo. et innotatorum lite pen. de cons. sti. cum. ad. vt lite pen. per totum. item casus in vniuersalibz actionibus post diffinitivam sententiam. C. de peti. here. l. i. et l. hereditas et l. hereditatem. et l. filia. Tertia regula in omnibus causis summariis notorij: in quibz non est necessaria libelli oblatio de qz de lib. ob. c. j. Et nota bene hoc ultimū qz ponit hic Jo. an. in oibz his non est necessaria lit. conte. In hac comprehenditur causa matrimonialis vsuraria. de iudi. dispendiosam et spiritualis vt not. de libel. ob. c. j. et quando agitur de re transacta vel finita. de lit. conte. c. j. lib. vi. Et concluditur de testi. veniens. §. et in hac possent etiam comprehendere diuisiones incidentes. Aliam regulam ponit Innoc. quando ius agendi dirigitur ad comodum publicum: quia ibi iudex potest ex officio supplere. de electio. cum nobis olim. et procedit ex officio. iij. qd. ij. quia ea et in hoc concluditur casus quando agitur de iuribus ecclesiarum licet raro nisi causa subit. Iudex non procedit ex officio: et vide quod no. de iureiur. ad nostram: et quando alibi examinatur testes. de testi. constitut. Ceteri possunt dici casus speciales ad quos cum docto. vltra predicta addo duos in alienatione facta ab excomunicato de bonis ecclesie lite pendente: vel facta ei interdictione bonorum de dolo veritatis. Item quando sententia fertur contra clericum de maleficijs suis se gloriantem. de excec. prelato. qz sit. Item in casu de homici. pro humano. lib. vi. De alijs remittit Jo. an. and. ad sum. eodem titu. et de iudicij. dispendiosam et.

- 1 **Testes quando possunt produci recipi examini lite non contesta.**
- 2 **Testes vt possint virtute examinis affuturi audiri quatuor requiruntur. nu. 4. vide quintum modū. nu. 8.**
- 3 **Iudiciarius ordo non debet seruari in rebz et granis p iudicij qn res ceteritatem desiderat.**
- 4 **Testes etiam alterius iurisdictionis coram quo iudice sint examinandū.**
- 5 **Testis absentia fore diutina qualiter iudex extimabit.**
- 6 **Senes qui dicantur et a quibus videantur exempti.**
- 7 **Testes valitudinarij qz dicant et qui cōprehendant appellatione valitudinariorum.**
- 8 **Testes audiendi virtute examinis affuturi pnt quocūqz die etia solenni audiri.**
- 9 **Testis receptio an alio casu admittat qz propter impedimentū testes concernens.**
- 10 **Testes vbi propter periculum mortis audiuntur virtute examinis affuturi an indistincte requiratur quod producat illos denuntiet aduersario valitudinem.**
- 11 **Abfens quis dicatur.**
- 12 **Testes possunt lite non contesta recipi et audiri vbi timetur devariatioe ex tps lōginitate et an talis receptio possit fieri ante lites ceptam. nu. 14.**
- 13 **Testis receptus et auditis vigore futuri examinis an necessitas cōueniendi infra annū habeat locū siue cōtra cōtumacē fuerit facta receptio siue non.**
- 14 **Snia lata vigore futuri examinis facti non v3 nisi lite contestata pducantur attestaciones.**
- 15 **Testis affuturoz dicta qd infra annū fiat lite contestata pducenda quale sit tps anni et qn currere incipiat.**
- 16 **Testium affuturoz dicta quod non vakant in fauorem producentis propter solennitatem obmissam per quam non conuenit infra annum reum an possint valere aliquo casu pro alio tertio.**
- 17 **Testes affuturos auditos vbi qd non pduxit infra annū an psumat hoc fraude fecisse.**
- 18 **Testis probandorum vel reprobandorum facultas an possit aliquo tempore perire.**
- 19 **Probandi onus in quē transeat vbi de pecuniā in utilitatem ecclesie aut minoris versam seu non versam.**

1 **Nisi forte.** **Nota.** ponitur primus casus exceptus. h. d. vbi timetur de morte vel aduersa valitudine testij solennitate hic posita seruata examinant testes lit. non conte. h. d. Et primo ponit solennitatem requisitā. Secundo quid si illa non seruatur ibi attestaciones. **Nota** duos casus in quibus possunt recipi testes lite non contesta. Primus qn de absentia diutina. i. longa timetur. Secundus qn timetur de morte ex aliqua causa proxima. **Nota.** Secundo nota requisita ad hanc receptionem. Primo requiritur quod agatur

agatur ciuilitur. Secundo quod aliquod periculum timeatur in per
sonam testium. Tercio requiritur quod pars sit contumax in cuius
preiudicium testes recipiuntur vel quod sit absens absq; malitia: ita
quod conueniri non possit. Quarto quod actor si uult conseruare re
ceptionem testium requiritur quod conueniatur. i. annum aduer
sarium a tempore quo conueniri poterit: vel qd denuntiauerit rece
ptionem testium: et alia sunt clara. ¶ Nota hic casum in quo pro
ceditur ad ea que sunt grauis preiudicij contra non verum contuma
cem quando res celeritatem desiderat. ¶ Quero primo an ppter
absentiam licet recipere testes quando dicatur absens testis: ¶ Inc.
dicit quod non sufficit absentia a loco ubi iudicium exercetur vel a
loco domicilij sui fm ¶ De. et Alb. Ideo si est rone secundum ¶ Inc.
et hispanus est producendus in testem si de hispania se transferat in
angliam non est locus hinc receptionis: quia hec nō est absentia diu
tina a loco iudicij. unde his contestabitur: et mittetur ad illos qd est
verum secundum ¶ Inc. nisi de loco domicilij se absentarent ad par
tes orientales vel tam remotissimas quod lite non conte. non repe
rirentur: sentit per hoc ¶ Inc. quod testes sint examinandi demum
per iudicem cause vel de eius commissione etiam imminente peri
culo unde iudex referit iudex non iudex testium nisi aliud habeat
in commissione in hoc puto qd bene sed certe posset esse tantum peri
culū qd liceret iudici in loco quo degant eos examinare ne facultas
pereat probandi. ad hoc. ff. de incen. rui. nau. l. nequid. Secūdo sen
tit qd si testes se absentant a loco domicilij proprij: et non sint de lo
co iudicis qd diutina sola absentia nō sufficit certe puto contra: qz
qd absens peregrinatur dicitur in periculo mortis. ff. de dona. cau.
mor. l. mortis causa cum legibus se. quando absentia maxime est p
mare vel loca insidiosa vel quando nō est breuis. ad hoc qd no. de ofi
fci. ordina. pastoralis. §. i. hoc autem periculum ponderat text. per
quod cōcluditur qd siue abint a loco domicilij siue abint a loco iu
dicij et dicitur diutina absentia ad iudicis arbitrium. argu. ff. de off.
delega. de causis. ¶ Quero. §. qualiter iudex extimabit absentia
fore diutina dicit ¶ Inno. quod varie extimabit eam iudex secūdu
uarietatem negotiorum: qz si debitus sit in longū diem vel sub cōdi
tione que multum potest differri nō reputabit absentē etiam si diu
absaturus sit cuz credibile sit quod possit redire ante qd dies vel con
ditio existat et contra si iam citatus sit aduersarius et differtur litis
contestata. quia possibile est quod in proximo fiet lit. conte. et sic pre
sumitur etiam si breui tempore sit absaturus testis recipietur et hoc
arbitrio boni iudicis et discreti cōmittetur secundum ¶ Inno. dicit ta
men ¶ Doct. qd primo casu putat testem recipi debere qz non tam p
pter morā testis permittitur receptio testis qz propter mortis peri
culum qz plura immet in peregrinatione qz in domo etc. Ex his pa
tet quid dicendū si testis existens in loco iudicij absentat: est se diu
tine sed ad locum proprij domicilij de loco iudicij ubi erat extrane
et satis puto quod si ibi interfuit ut testis ad actū maxime rogatus
cum ibi videatur consensisse actui testificandi quod iudicem actus
posset compelli ad testificandum ex quo ibi reperitur absq; quod
alibi fiat remissio pro receptione testium: et tunc satis puto posse tes
tem recipi hac forma tum propter dilationem tum propter peri
culum mortis si ibi non interfuerunt actui de quo testificari possunt
credo quod ibi non possunt inuiti compelli ad testificandum: quia
non sunt subiecti iudicij: sed si uellent satis adhuc puto procedere
hanc decreta. et eius practica quod non. nisi dicatur quod ex quo in
terfuerunt actui testificandi videantur maxime si sunt rogati ex hac
dispositione iuris submissos iurisdictioni cuiusq; iudicis corā quo
causa illa ueniat tractanda quod placet plus per que patet quod si
ne alia remissione vel cōmissione licet iudicium alibi diceretur pote
rit iudex testes examinare propter periculum absq; alia cōmissio
ne. argu. ff. de incen. rui. nau. l. nequid. Item et in talibus habetur
etiam respectus ad periculum obliuionis. C. de testamen. hac cons
ultissima. §. ac cum humani secundum ¶ Doctien. ad hoc. l. peregre.
ff. de acquiren. posses. et quod not. de accu. super bis et in glo. de pro
batio. tertio loco. Dicunt tamen domini de rota sua conclusione.
lxxxvii. qd poterit iudex appellationis ab interlocutoria recipe
re testes in causa appellationis propter periculum etiā super prin
cipali et valebit receptio etiam si pronuntietur male appellatum si
fuerit facta appellatione pendente. ¶ Quero qui dicantur senes
Quidam qd senes dicantur septuagenarij qui a tutelis excusant. C.
qui eta. ex cu. pos. l. vna fm ¶ Inc. iij. q. iij. §. item inuiti. Alij centena
rios per. l. h. de sac. san. eccle. z. l. si usufructus. ff. qui. mo. usufru. amit.
Alb. quod septuagenarij et ante septuagesimum annum quia septua
genarij et si possent non compellerentur inuiti. ff. de testi. l. inuiti. et
quia non coguntur ad munera publica auctoritate tātum. C. qui eta.
excusa. poss. l. i. lib. z. in f. de ex cu. tuto. §. itē inuiti. ff. de iur. immu. l.
iij. A muneribus aut publicis auctoritate et utilitate excusatur quis
post. lx. annos. C. qui eta. ex cu. pos. l. i. lib. x. quod quo ad hunc ca
sum qui senes dicantur relinquitur arbitrio iudicantis. Nam aliquis
est senior in quinquaginta annis qz alius in. lx. et satis pōt timeri de
morte post quinquagesimum annum scōz naturā cōis cursus quia mi
nima pars hominū hanc uitam attingit et leges qd dicunt septuagenas

rios tñ excusari a muneribus non faciunt: qz ibi non habetur respe
ctus ad mortis periculum ¶ Doct. dicit quod de septuagenarijs pōt
intelligi qui licet non cōpellantur pnt volentes nec debent expecta
re compulsionem maxime cum appropinquant morti timere debēt
peccatum veritatis occultande. de cri. fal. c. j. et sic nullum contrariū
secundū cum ad quod id quod no. de testi. si qui in glo. j. secundū eū.
¶ Quero qui cōprehendantur appellatione valitudinariorū dic
id est infirmi a valeo vales per cōtrarium: quia in his infirmitas va
let contra naturam posset dici quod intelligatur de se absentantis
bus ¶ Inno. intelligit de infirmis ppter debilitatem corporis nō
propter febres acutas: quia de illis. §. dixi. ¶ Quero que posset
esse alia legitima causa: dic qz transiret vult vel ingredi bellū cā
pestre ut in. l. iij. q. iij. §. de dona. cau. mor. ad hoc quod no. glo. de
offi. ordi. pastoralis. ¶ Quero an tales quocunq; die possunt exa
minari dic quod sic etiam in solennibus feriis in spec. de feriis. §. ij.
verū. quid si et interrogatoria faciet iudex secundū qd sibi videbitur
fm ¶ Inc. qz aduersarius absens est dicit etiam ¶ Inc. qd non credit
per hanc receptionem prescriptionē interrumpi. ¶ Quero in alio
casu admittatur receptio testium qz propter impedimentum testes
concernens: dicit ¶ Inno. quod sic ut si actor aliquo impedimēto ad
presens agere non potest: ut quia debitum est cōditionale vel in diē
vel ex alterius arbitrio pēdens. i. de testi. significauit. ff. ad. l. acquil.
l. in lege acquil. Idem si impedit lit. conte. per suas exceptiones.
Idem si dignitas vacet licet sit in contrarium ne se. va. c. vlti. sed ibi
soluitur fm ¶ Inno. idem dicit ¶ Doct. si presens esset et potēs et malitios
sus tyrannus quem non audet cōuenire actor nec receptionem des
nuntiare subueniet iudex actori sic iuste timenti argu. de appel. si in
stus. Considerata personarum et negotij qualitate et alijs circumstā
tijs et recipi et testes quanto cautius poterit et diligenter sustinebit
vices rei in ipsoz examinatione reseruando sibi exceptiones in per
sonas et dicta fm ¶ Doct. Quid si non potest conuenire intra annum
absq; periculo mortis ut dixi. §. in tyranno: dic quod annus sibi nō
currit fm ¶ Doct. dñmōdo hec protestetur. de offi. or. pastoralis. §. fi.
et no. §. de rescrip. c. j. z. c. sin autem. ¶ Quero an exigatur indistincte
hec denuntiatio: dic quod exigitur quando sit receptio cōtra ab
sentem qui hoc potuit ignorare: secus si contra presentem qui ad eā
debit cōstari et videre ipsos iurare. de testi. c. ij. ¶ Quero quis di
catur absens: dic quod qui non est in ciuitate. in aut. de testi. §. i. fm
¶ Inno. ¶ Doct. dicit quod qui in angliā est mouetur ut vadat vel mit
tat bononiam pro hac causa. de fide instru. constitutus fm ¶ Doctien.
tu dic qd absens dicit qui est in loco ita qd de facili cōueniri non pos
test ut qz est extra locum fori ubi possit conueniri et litera dicit et c. cō
stitutio loquitur de receptione per viam ordinariam ubi nō timef pe
riculum: et est casus in quo contra non verum contumacem vel ap
parenter verū proceditur ad receptionem testium de quo per Barto.
in. l. iij. §. pteor. ff. de dam. infec. et dicam de eo qui mit. in pos. c. fi. et
dicit ¶ Doct. quod sufficit qd denuntietur extra iudicium. Ad glo. an
in criminalibus procedatur ad receptionē testium lit. nō cōte. in casu
bus. §. sunt et alij glo. qd non per literā a contrario et remittit de mor
do procedendi in criminali et hoc quia in eis nō est burfale interesse
sicut in ciuilibus fm ¶ Alb. fm ¶ Inno. est ratio qz testes recipi non
debent nisi precedat accusatio que habet fieri per presentem et de p
fenti. §. q. vñ. c. ij. z. c. prescripta fm ¶ Inno. ¶ Inc. dicit alternativē ta
men quod in criminali poterant recipi testes de quorum morte ti
metur porrecta accusatione quia iam tractatur de pena talionis:
sed dicit ¶ Joan. andr. verum hoc post inscriptionem. alleg. de accu.
licit. Albi autem agitur ciuilitur etiam de crimine planum quod p
cedit decreta. que loquitur indistincte secundum ¶ Inno. ¶ Nota
glo. in verbo subtrahatur et text. quem allegat quod ubi timetur de
variatione ex temporis loginquitate possunt hoc modo recipi tes
tes. argu. ff. ad le. cor. l. iij. §. due dixi. §. tex. post ¶ Doct. hoc tamē ba
bet existimare iudex ex qualitate persone et negotij qualitate. Quid
enim si negotium esset valde graue et notabile et non intricatum nō
presumitur quod ex longo tempore recedat a memoria ut de senten
tia excommunicationis cum illorum ad fi. et dixi de rescrip. ab exco
municato. ¶ Quero an hec receptio possit fieri ante litem ceptāz
contra reum. text. dicit quando est conuenta. gloss. dicit idem si est
conuenienda vel hic verbū conuenta respicit actum citationis licet
etiam non sit libellus porrectus. ¶ Quero an necessitas conue
niendi infra annum habeat locum sine contra contumacem fuerit
facta receptio siue non. Gloss. dicit illam necessariam quando fuit
facta receptio in absentem non contumacem: alias non esset neces
saria conuentio infra annum et hoc quia contumax iam conuentus
est secundum ¶ Doctiensem. ¶ Oppo. cum gloss. timetur quod rece
ptio fiat etiam non subsistente timore mortis. de testibus significa
uit. Solu. loquitur de alia receptione ibi in causa publicationis.
¶ Quero an ex istis testibus procedat ad sententiam: gloss. dicit
qd non nisi lite contesta. producantur attestaciones. Unde in hoc
valebit quia tenebit receptio lit. non conte. §. vt ex cis ad finiam p
cedat requirit alia productio licet secus sit in. §. se. fm gl. forte posset
dici quod si tempore quo iudicium inchoatur viuant testes ita qd

Antonius de Butrio super prima parte. ij. Decretalium.

possint examinari et sic eventus docuerit cessationem periculi quod non teneat receptio ut ex illis possit procedi ad sententiam ex quo cessavit periculum. Item quia cessat causa quia non perit facultas probandi. et ad hoc. l. fina. C. de testi. et j. de testibus. presentata: et quod eius declaratur periculum non vere fuisse ad hoc. l. cum quidam. ff. de acq. heredita. ¶ Quero quale sit tempus huius anni: glossa. quod uti lis a principio: quia cursus non incipit nisi a tempore quo agere potuit. alleg. iura ad hoc quod no. de feriis. c. fina. in glossa. secundum

17 Joan. and. ¶ Quero obmissa solennitate hac quod non convenit infra annum et quod non valeret testimonium an dato quod non valeat pro producente qui negligens est in observatione forme valeat pro alio si aliquid pro eo dixerint: cum testes dicere debeant per utraque parte. Glo. dicit quod valebunt pro alia parte quod nota: quod ubi actus communis per alterum exercetur licet obmittantur requisiti per exercentem non vitatur pro commoditate alteri magis quod solennitas exigitur post actum facit quod si appellatio non sit in timata contra aliquem ubi debet intimari quod impedit deolutionem ad incommodum appellantis: sed non ad incommodum appellati ad quod vide quod no. Compo. de elect. c. j. lib. vj. et glossa. de elec. cle. causam. in verbo deolutionis: et quod ibi no. Jo. et Pau. idem no.

19 Inno. et Host. de testi. c. j. in fi. ¶ Quero qualiter probabitur fraus dic quod eo quod non convenit infra annum vel prestatum presumit fraus et dicit glo. quod est presumptio iuris et de iure que non admit tit probationem. In contrarium licet secus sit in presumptione iuris de quo dicit ut de spon. is qui. ad hoc. l. dist. ferru. et ff. quod metus cau. l. non est verisimile quod intelligi nisi probatio aliqua legitima causa temperetur excludente temporis cursu ut dicit glo. in verbo. j. annum. Host. dicit presumptionem esse iuris tantum certe etiam si probaretur non innaret: quia super fraude litera se non fundat ut patet

20 ex verbo forte. ¶ Opp. quod sit impossibile quod pereat facultas probandi vel reprobandi testes. Nam quandoque producent apparet facultas reprobandi. So. facultas reprobandi dicta ex serie dictorum non potest perire: sed facultas reprobandi non ex serie dictorum sed in personas vel in dicta per alios testes posset perire illo differente convenire morte vel absentia testium vel inimicitia superueniente vel lapsu memorie vel alia causa. alleg. glo. iura et est clara.

21 ¶ Quero que sunt alie exceptiones que possunt perire. glo. dicit puta elidentes negotium principale ut pacti et similia ut macedoniani velletiani: vel quod pecunia non sit versa in utilitatem ecclesie. Nota innuit quod incumbat onus probandi dicenti non verum et de hoc dicit ut. x. questione. ij. hoc ius. de posi. c. primo. cum sit in autem. hoc ius. C. de sacro sanct. eccle. Anto. de Butrio.

- 1 ¶ Si nota potest ferri lite etiam non contestata et testes recipi ubi agitur et de matrimonio carnali vel spirituali.
- 2 Nota est in spiritualibus et temporalibus ecclesie periculosa.
- 3 Contumacia vera requiritur in his que sunt gravis iudicii et ut vere concludatur tria requiruntur.
- 4 Iudex non potest ad finem diffinitivam et testium receptionem procedere lite etiam non contestata duobus casibus.
- 5 Dicitio aliud est apta notare diversitatem facti et aliquid qualitatis.
- 6 Citatio peremptoria non requiritur ubi contra presentem proceditur.
- 7 Dicitio tunc quandoque respicit finem.
- 8 Citari quomodo possit se occultans vel malitiose impediens ne citetur.
- 1 Porro. ¶ Sic sequitur aliquos casus in quibus proceditur lite non contestata. dividendo secundum rerum intellectum licet aliter alij intelligent quod infra declarabitur. Sic excipiuntur duo casus a regula supra posita scilicet in casu matrimonij carnalis et spiritualis et dividitur in duas. Primo tam in carnali quam in spirituali deciditur quid iuris quando reus est contumax et re. Secundo quid iuris quando absens est vel cum culpa vel sine culpa non tamen malitiose. Secunda ibi si vero illa subdividitur et subdividam ibi quia illum. §. legam per se. ¶ Nota moram in spiritualibus et temporalibus ecclesie periculosam similiter in causa matrimoniali et habentur due cause celeritatem desiderantes. ¶ Nota. secundo quod in his que sunt gravis iudicii exigitur vera contumacia que concluditur tripliciter. Primo quando citatio personaliter apprehendit citatum ut quia transiit in eius notitiam vel quia malitiose se occultat ne ad eum veniat citatio vel quia per potentiam impedit ne possit ad eum transire notitia. ad hoc quod no. in. l. ex consensu. ff. de appellatio. et in cle. si autem. de dolo et contumacia.
- 4 ¶ Nota duos casus speciales in quibus ad sententiam diffinitivam et receptionem testium proceditur lite non contestata. in causa matrimonij carnalis et in causa matrimonij spiritualis. Et not. duo requisita ut ad sententiam possit procedi. Primo exigitur vera contumacia et hic exigitur etiam quod ad actum receptio ius testium. Secundo requiritur quod liqueat de causa altero ex his cessante non proceditur ad diffinitivam sententiam in talibus causis. ¶ Opp. primo quod non aliter procedatur ut supra: immo eodem modo

quia utrobique lit. non contesta. recipiunt testes: dic quod aliud est in regula supra posita et sic respicit principium vel aliter quod proximo casu quia ibi habetur distinctio personarum testium an sint impediti: vel senes hic indifferenter admittuntur vel aliud etiam quod ad modum procedendi quia ibi ex illa receptione non proceditur ad sententiam nisi producantur lit. non contesta. hic sic. Item ibi receptio non durat hic sic etiam post annum. ¶ Nota de dictione aliud quod est aptum notare diversitatem facti et aliquando qualitatis vide. de rescrip. sedes. ¶ Opp. quod sufficiat citatio non peremptoria. de procurato. querelam. proficit quo ad condemnationem expensarum ut infra. et no. C. de iud. sancimus. non quo ad ea que sunt magni preiudicii ut receptionis testium et sententie: ut hic sufficit etiam quod ad iurisdictionis preventionem. de foro competent. proposuisti. et perpetuationem. de offic. deleg. licet secundum Joan. andr. hodie autem non exigitur peremptoria ut in cle. fina. de verborum significatio. in glo. in ver. citationem iuncta cle. de iudi. dispendiosam in causa matrimonij vel electionis: sed forte illud servabitur quando proceditur in presentem nec decreta. corrigatur. ¶ Ad glossa. oppo. quod contrarietur hic verum. si vero quidam dicunt ut glossa. quod hic agitur de electo nondum confirmato et qui nondum consensit. quasi dicat ibi de confirmato vel qui iam consensit certe et ibi tangitur de electo qui nondum consensit. Inno. et Hostien. dicunt hunc. §. posse intelligi quando agitur de electione electi non confirmati. Et quando agitur de electione confirmati et quando agitur de electione etiam consecrati ut simpliciter loquitur dummodo contentatur de federe matrimonij et solum differt hic. §. a verum. si vero: et si autem: quia hic loquitur de modo procedendi in absentem contumaciter in. §. se. quando proceditur in absentem non contumaciter licet ex culpa vel negligentia absentia dummodo non malitiosa: et hoc probat aperte litera ibi si vero absens aliter sit: et hoc est tenendum quicquid alij somniant et procedit secundum glossa. §. siue agatur de vitio electionis respectu persone electi: siue respectu forme.

¶ Quero an in electionibus ad particularia beneficia procedat quod hic dicitur: glossa. quod sic licet loqui videatur de prelati: quia ibi leditur ecclesia ex longa mora. Idem Innoc. et Hostien. alleg. de electio. cum ecclesia. de cleri. non residet. c. penultimo. de dolo finem.

7 ¶ Opp. quod superfluum ablatum ibi his casibus: quia sufficerebat aduerbium tunc supra positum glossa. facitur. alleg. docto. pro glossa. lxxij. distinctio. c. vlti. xi. questione. j. volumus. in fi. et secundum Joannem andr. dicit quod verbum tunc respicit finem. §. quasi dicat tunc procedi poterit ad diffinitivam sententiam quando agitur de electione vel matrimonio sed quando dic in illis casibus scilicet qui sequuntur quando datur vera contumacia. Et sic verbum etiam huiusmodi non respicit precedentia scilicet matrimonij vel electionis sed sequentia scilicet quando est absens malitiose vel citatione recepta vel per potentiam resistit quominus recipiat. ¶ Quero quomodo citabitur se occultans vel malitiose impediens ne citetur: dic quod habebitur pro citato denuntiatione publice facta ad domum suam de clericis non residenti. tunc. Item sufficit quod ad ecclesiam suam: ut dicunt iura predicta: et tunc etiam concludetur vera contumacia. Nec vera dicit Joannes andr. nisi quando citatio sit auctoritate pape: quia sufficit quod fiat in palatio papali vel in audientia literarum pape publica ipso tamen specialiter et ex certa scientia hoc mandante et postea affigatur in ianuis maioris ecclesie illius loci ubi degit papa cum curia: et tunc sic arctat citatum ac si personaliter ad ipsum venisset etiam si fieret extra dies solennes quibus papa faceret consuevit generales processus ut patet in extranagani. rem non novam que incipit dudum vide clemen. prima. de foro competent. Alios modos vide de dolo capitulo primo. et ultimo. Pondera hanc glossa. que quando persona non potest citari dicit sufficere quod citetur ad domum vel ad ecclesiam. Tutum est quod fieret ad utrumque sicut in intimatione in clemen. de electio. causam: sufficit tamen alterum et magis si fiat ad domum. de quo dicam de dolo. causam. et de eo qui mit. in posse. c. fina.

1 ¶ Contra absentem non verum contumacem absentem tamen cum culpa vel sine culpa in causa matrimonij carnalis vel spiritualis quomodo procedatur ut si reus est absens non contumaciter in causa matrimonij carnalis expectabitur si vero agatur de spirituali matrimonio contracto stabitur iuribus antiquis si autem de contrahendo expectabitur absens per sex menses. nu. 4.

2 ¶ Matrimonij spuale dicitur inter ecclesia et quicumque flatu sic etiam inter inferiores ab episcopo.

3 ¶ Matrimonium contrahitur inter electum et ecclesia ante confirmationis actum.

5 In absentem ut licite procedi possit quod requiruntur et que sint tpa casu nonibus diffinita quoniam agitur de causa matrimonij spiritualis.

6 Contumacia an possit sine beneficio priuari ex sola absentia ubi citatus comparere recusat.

7 Beneficio suo ut quis possit priuari ratione contumacie exegigant.

8 Bonitio qualis esse debeat ut quis possit puniri ratione contumacie.

9 In absentem actorem electioni se opponentem quomodo procedat ut repellatur

latur ab oppositioe.
 9 In contumacem seu absentem causata causa procedendi non ex sola absentia sed ex crimine vel alia causa quomodo pcedi debeat.
 1 Sin vero. ¶ In hoc. §. prosequit modum procedendi in causa matrimoniali carnali vel spirituali cōtra non verum contumacem absentem cum culpa siue sine culpa. Primo loquitur de spirituali contracto. Secundo de spirituali cōtra habendo ubi quod si forsan. Tercio de carnali vscq; ibi si autem expe diam vscq; ad. §. quod si forsan. ¶ Nota primo quod matrimoniu spirituale dicitur inter ecclesiam et quēcūq; prelatum: et sic etiam inter inferiores ab episcopo de quo dicitur de postu. prela. c. si. ad hoc gloss. de elec. ne pro defectu. ¶ Nota secundo quod matrimoniu cōtrahitur inter electum et ecclesiam ante actum confirmationis: et sic in solo consensu eligentium et electi et hoc est verum. ad hoc tex. opti mus. §. de elec. cum inter canonicos quicquid senserit glo. de elec. cū in cunctis. z. c. noli. et de transla. prela. inter corporalia vbi de hoc et vide glo. plenam. de electio. si electo. lib. vi. per que patet quod ex positio glo. in quantum dicit quod maxime stat proprie fuit et hoc tenuit Hoff. et Huil. na. et in quantum exponitur pro tantum male dicit quia licet confirmatio plus firmet vinculu non tamen perficit iā perfectum sicut dicimus in copula post matrimoniu de quo de transla. prela. inter corporalia. z. c. licet. idem secundum Hostien. ¶ Tenio ad glo. sacris canonibus hec est difficilis glo. et intricata diuiditur in duas principales partes. In prima agitur de modo procedendi in absentem prelatum vel electum iure agendi causato ex sola absentia. Secundo ibi si vero contra prelatum vscq; ad si. glo. agitur de modo procedendi contra prelatum iure agendi causato ex crimine vel alia causa. Prima subdividitur: quia primo dicit quid iuris quando agitur contra prelatum electum et confirmatum. Secunda quid iuris quando agitur contra electum tantum ibi. de his vero. Prima pars subdividitur in tres casus. z. est clara. ¶ Quero ad littere declarationem que sunt tempora in canonibus diffinita: que requiruntur ut in absentem possit procedi: dic quod tex. potest dupliciter intelligi. Uno modo ut loquat de tempore modo agendi causato ex sola absentia. Secundo de tempore et agendi modo causato ex crimine vel altera causa. Si agitur de modo procedendi in absentem iuris agendi causato ex sola absentia dicit glo. quod variare videntur iura de tempore. Item an aliqua monitio sit necessaria: vel non etiam sunt opinio. et dubitationes: unde concludit glo. tres casus. Quandoq; prelatum est absens in certo loco ut in studio vel alio loco ita quod non latitat. Quandoq; agitur de processu in absentem reum quando est absens non in certo loco. Quandoq; agitur de processu in absentem actorem vel se matrimoniu opponentem. Primo casu et moneri debet per prelatum illius ecclesie ut veniat ad residendum in ecclesia sua tempus autem quo expectari debet erit arbitrium quo cōmodo venire possit ad residendum quod arbitrabis iudex secundum locorum distantiam: et temporis qualitatem: et si non fecerit poterit contra eum procedi ad priuationem nisi ostenderit cām rationabilem quare non venit. de cle. non resi. intra quatuor. z. c. si. cum si. que vera dicit gl. etiam dato quod a principio fuerit absens de licentia prelati vscq; ad certum tempus sibi prefigum: sic lapsum tempus vel ante ex causa reuocetur: quia non poterit priuari nisi si bi statuto termino ut reuertatur: et eo monito: et si aliter priuaretur non valeret. alleg. ad hoc q; monitio vel citatio exigitur pro solennitate ante q; procedatur ad sententiam ut patet. ff. de re iudi. contumacia. de cōstit. ecclesia. §. q. i. per totum. xxiii. q. one. iij. de illicita. ¶ Plura dicit hic glo. Primo absentem posse citari a iudice beneficii. de hoc dicitur in c. romana. §. contrahentes. de fo. compe. Secundo dicit absentem intercedentibus his de quibus hic posse beneficiu priuari ex sola absentia. Hic sunt duo videnda. Primum an ex absentia sola possit beneficio priuari. Secundo que exigitur ut possit priuari. ¶ Ad primum Innoc. b. d. q. si est absens ex necessaria causa infirmitatis semper expectabitur et non priuabitur. vii. q. i. p. sentium et dicit quod si procedatur ad priuationem et postea veniat docens de impedimento recuperabit primū beneficiu ex clausula si qua mihi iusta causa esse videbitur. ff. ex qui. cau. maio. l. si cui. §. j. ff. de damno. infec. l. si finita. §. si forte. de re iudi. cum bertoldus: ut tamen detur legitima causa absentie exigitur licentia prelati. de cleri. non resi. relatu de quo. de elec. licet canon. li. vi. sup. glo. Et an hec possit consuetudo vide de cle. non resi. ex tue. super glo. iij. si est absens per annu sine causa legitima et rationabili subtrahentur ei ex pensae auctoritate superioris: et monebitur per subditos vel archiepiscopum ut redeat vel redeat: alias si non redierit alius ponetur loco eius auctoritate superioris in auct. quomodo oportet epi. §. z. illis: et in auct. de sanct. epi. §. interdicimus. colla. ix. Si est absens malitiose et fraudulenter si proposito citationis edicto. infra sex menses non veniat spoliatur et priuatur sua ecclesia: et alias puniatur etiam lite. non contesta. de cleri. non residen. ex tue. Credo primum membrum procedere: quia si est absens: et impeditur legitima causa non priuatur maxime si absens esset in casibus privilegiatis a iure. de quibus de cleri. non resi. capitulo primo libro. vi. et hoc tenet Innocen. per

capitulu. prealleg. presentium. Si est absens voluntaria causa et non legitima si beneficiu requirit residentiam sola absentia perdit reditus beneficiorum a iure si non requirit residentiam non priuatur beneficio autem non priuabitur nisi requirat residentiam: et ultra hoc exigitur monitio ut dicit glo. ¶ Ad secundum dicit gloss. quod exigit monitionem ut priuari possit quando est absens: et in certo loco. ¶ Dic plura videnda sunt. Primo dato quod exigitur monitio qualis esse debeat. Secundo ex quo fieri debeat. Tercio an fieri debeat de necessitate. Quarto infra quantum tempus debeat expectari. ¶ Ad primum qualis exigitur monitio si sit personalis planum est videtur quod esse debeat quia hic agitur de his que sunt gravis preiudicii. ad hoc quod not. Innoc. de eo qui mitt. in poss. capitulo fina. Innocen. hic videtur sentire sufficere absentem malitiose citati per edictum: immo idem tenet in c. primo. qui ma. accu. poss. et de cleri. non residen. ex tue et de eo qui mitt. in poss. capitulo fina. q. ex eo quod abest ab ecclesia videtur malitiose abesse: hoc placet in dolo absente quod in dubio presumitur. Aduertendum tamen quod oportet talem monitionem ad concludendum delictum non residetie fore trinam vbi non est ab initio terminus statutus: q; ibi monitio exigitur ut cadat quis in penam: et iura requirementia trinaz seruanda sunt ut loquuntur et tunc non sufficit vna pro omnibus q; iura exigere videntur trinam studiose ut in notitiam facilius trans eant ut not. Joannes and. de cleri. non residen. ex tue. et in addit. ad specula. in titu. de cleri. non residen. ad hoc gloss. de vita. et hone. cle. capitulo primo eo tamen monito vel tempore statuto lapso si pro solennitate priuationis tantum exigeretur monitio puto quod sufficeret vna peremptoria pro omnibus: quia hec non ordinatur ad causandum delictum non residentie dicitur predicta procedere quando dolo est absens ut sufficiat requisitio ad domum sed si dolo non est absens sed culpa et hoc constat debet personaliter requiri si scitur vbi est si nescitur vbi est sufficit quod requiratur ad domum ut statim dicitur in dubio si dubitatur an malitiose sit absens sufficit quod requiratur ad ecclesia et domum: tunc tamen est quod personaliter requiratur ut sentit gloss. et sentit Frede. suo consilio. ciii. Sed est dubium cuius exigitur monitio: gloss. quod exigitur monitio prelati: et illius qui habet potestatem instituendi et destituendi. Innocen. dicit eum monendum per subditos vel episcopum: et sic inferiores de ecclesia sufficiat monitio. alleg. autem. quomodo oportet episcopo pui. §. illud. et in autem. de sanct. epi. §. interdicimus. dic monitio nem per quam denegentur redditus facere possunt subditi illam etiam per quam communicatur delictum non residentie forte quod et inferiores facere possunt illam vero per quam procedatur ad priuationem facere debet superior prelatum ad quem spectat potestas instituendi et destituendi. de cle. non resi. tue. z. c. qualiter. Quarto dicit gloss. monitionem necessariam vbi de voluntate prelati abest dato quod absentia sit tempore limitata dic si reuocatur ante perfectā absentiam vel tempus absentie quod facere potest episcopus vel prelatum ex causa secundum Innocen. et Hostien. de iure iuran. breui: et in tantum ut si non redeat possit priuari. xi. questioe. iij. si autem nobis. z. c. ab sit. vii. questione. j. quia frater. xvi. questione. j. qui vera. et c. vos autem et exigitur citatio et monitio: immo sentiunt quod tunc non sufficeret citatio ad domum: sed ad eum transmittenda est citatio ex quo absens est in loco certo et puto quod bene dicat si abest ab initio de licentia sui prelati si non est tempus absentie tempore certo tacite vel expresse limitatu et hoc casu exigitur requisitio fm Innocen. et Hostien. adhuc exigo ad personā si est absentia certo tempore limitata quod esse censetur eo quod mittitur ad consiliu et finitu est consiliu et finita est causa absentie vel lapsus est terminus expressus datus ad absentiam et tunc post arbitrium terminum infra quem cōmodo redire potuerit vagari censetur. ff. ex quibus cau. ma. l. si cui §. primo. et tunc videtur aliquibus monitionem non necessariam: vel expectationem sex mensium quo ad hoc ut ipius beneficiu dari possit. vii. questione. j. presentium tamē si probat postea se legitime impeditum fuisse recuperat beneficiu ex generali clausula ut ibi habetur humanitatis ratio. iij. q. v. quisquis. ff. qui satisd. cog. l. ij. et per totū et hoc dicunt aliqui. Alia est opi. qd debeat moueri et expectari per sex menses nec debet ei obesse qd bonū habuit initiu absentie z. c. presentium loquitur scdm antiqua tpa scdm q minus tps datur. Hodie datur maius: et hoc videtur velle hic gloss. quod placet Hostien. in d. c. ex tue. Jo. and. concordat opi. hic et in d. c. ex tue: et quando absens est tempore limitato sine cōminatione de priuando procedat secundum dictum ut exigitur nona monitio. Si autem adest ibi cōminatio de priuando si non reuertatur ad certum tempus: ut quia dicat et monemus ut finito tempore reuertaris alioquin procedemus ad priuationem: tunc dicit quod non exigitur alia monitio secundum eum et idem notare videtur in c. ex parte. j. super prima glo. de cle. non resi. Jo. and. de ligna. non placet opi. Jo. and. quia termini prefixio cum ordinatur ad finem: ne propter absentiaz priuatur iam si haberet effectum monitionis operaretur cōtrario effectus: q; idem terminus esset causa priuationis et non priuationis contra. l. titio cum morietur. ff. de usufru. z. l. in mirationibus. de lo

Antonius de Butrio super prima parte. ii. Decretalium.

In sed hec ratio modicum valet: quia terminus in quantum considera-
tur respectu pendencie bene ordinatur ad non priuandum: sed in
quantum consideratur in lapsu ordinari potest ad priuandum: si
mile dicit de rescrip. ab excommunicato. puto quod si agitur de comin-
cendo delicto non residentie sola termini statutio et lapsus absque
alia monitione habeat conuincere negligentiam: et delictum non re-
sidentie et non exigo hic aliam cominationem ad hoc quia delictum ne-
gationis cominatur ex lapsu termini tacite vel expresse assignati: ut
no. de preben. extirpande. §. qui vero. et multo fortius si adest comi-
natio siue sit iudicialis siue extrajudicialis. Si autem agitur de mo-
nitionis effectu ut necessario ad actum priuationis tunc fateor quod
sola monitio vel statutio termini cum lapsu non operatur hoc ut
possit ad sententiam procedere: quia quod etiam non residere sit no-
torium tamen ad actum sententie exigitur citatio vel monitio: et tunc
ut possit procedere ad actum sententie exigitur cominatio: tunc
exigo quod monitio sit iudicialis et talis cominatio: alias non vi-
deo quod possit habere vim citationis. ad hoc de appel. sepe. de elec.
causaz. et forte quod nec sit iudicialis poterit habere vim moni-
tionis: quia non potest fieri citatio ad causam: causa non prepara-
ta et antequam causa procedendi subsit de presenti. de iudi. no. quemad-
modum. de sen. excus. romana. §. caueant. lib. vi. Hoc verum si sic ha-
beret monitio in principio absentie sed si postquam est absens moueret
tur iudicialiter illam bene haberet cum cominatione vim perempto-
riam dummodo prederent tres monitiones: quia illa tunc habet vim
conuictionis delicti: et citationis propter monitionem. Nec ob. quod
tales monitiones etiam cum cominatione non habeant vim perem-
ptoriam ut no. Jo. an. post. Compo. de rescrip. causam: quia id verum
quando cominatio fit ad vltiora procedendum: ut iur. fuerit vel qua-
tum de iure poterit secus si fiat cominatio de procedendo ad senten-
